

Adversus furem] Conditione furtiva nunquam alius tenetur, quam fur ipse heredes ejus, hoc text. l. 5. de cond. fure. Furem autem verum accipimus, id est, eum, qui ipse furtum fecit & rem contraclavit, d. l. 5. nam is, cujus ope confilioso furtum factum est, tenetur quidem etiam furti, sed quia rem non contraclavit, non tenetur conditione, l. 6. de condit. furti. Planè si res alter adversus furem salva esse non potest, placet, etiam eum, qui opem tulit, conditione teneri, nimirum in subsidium, l. 5. ult. de verb. sign. & ibi Alciat.

Heredesque ejus, licet non possident] Rei vindicatio adversus omnes competit, qui rem possident, sed adversus eos solos. Itaque nec adversus furem heredesque ejus aliter competit, quam si possident. Condicio autem furtiva etiam in eum datur, qui non possidet, sed adversus furem tantum heredesque ejus, hoc text. l. 1. de cond. furti. l. 1. de priv. delicti. Quod conditio etiam in heredem furis datur, in eo quoque differt ab actione furti, quam constat in heredem non transire, nisi cum defunctio contestata sit, §. 1. inf. de perp. & tempor. action. Cur verò non variè tneque enim minus conditio rei fortivæ causa maleficio descendit, quam actio furti, l. 2. l. 1. §. 1. & l. 9. de cond. furti. l. si ambo. 10. §. 2. de compen. l. 3. §. pen. de pecul. l. mulier. 21. §. pen. de arb. ver. am. l. cessas. 36. de oblig. & action. Nimirum quia una conditio furtiva tantum comparata est ad persequendum id, quod ex patrimonio nobis abest, furti actio ad puniendum ipsum malefictum, l. 7. §. 2. de cond. furti. junct. d. §. 1. inf. de perp. & temp. action. Sic enim legis Aquilæ actio negatur in heredem transire, non quia ex delicto est, sed quia pœnalis, transiitura utique,

si ultra damnum datum lis nunquam estimare, §. his autem 9. inf. de leg. Aquil. Etque huius rei etiam evidens hoc argumentum, quod regula de actionibus, que in heredem non dantur, concepta est de iis, que pœnales sunt ex maleficio d. §. 1. inf. de perp. & temp. action. hac actio, 13. de sero. Corv. l. 1. de priv. del. l. fœnitii 381. pœnalis. 164. l. pupillum. 111. §. 1. de reg. jur. & simit. An igitur conditione ex causa furtiva tenebitur heres furis in solidum? Sic sentio. Nam præterquam quod hoc differtè respicitur est in l. 9. de cond. furti. moveor eo, quod nunquam actio in heredem absolute dari dicitur, cum non datur in solidum, cum autem eatenus tantum datur, quatenus ad eum pervenit, aut hoc adicitur, aut dari simpliciter negatur, d. §. 1. inf. de perp. & temp. act. d. §. his autem 9. inf. de leg. Aquil. l. 5. de vuln. l. 1. in fin. l. 3. de vi. l. heredes 26. de dol. l. 1. de priv. del. l. 2. §. ult. vi bon. rapt. l. Julianus. 116. de iud. l. 13. de sero. corr. l. 3. §. 1. quod fals. int. l. inde Noverius. 23. §. hanc actionem 8. ad leg. Aquil. l. 3. §. pen. si pœnalis, fals. mod. l. in honorariis. 35. de oblig. & act. l. pœnalis 8. l. pupillum 111. §. 1. de reg. jur. & sexcentis aliis locis. Dicitur sanè, aliquando actiones ex delicto venientes in heredem non dari, nisi quatenus ad eos pervenit, nec adicitur, pœnales, ut in l. an. C. ex del. defuncti Sed istæ definitiones, utpote ex eo, quod plurimum & fere semper fit, conceptæ, sic accipiendæ sunt, si agatur de eo, quod delictus deliquit, sive ad pœnam: atque hæc communis est DD. sententia. Dissent. Cuiac. 7. observ. 37. & 13. obs. 39. Vultejus bich. Leylam. 1. memb. 18. & lib. Benedic. passim. Quorum argumentis occurrimus sub §. 1. inf. de perp. & temp. action. Adde Ant. Fabr. d. conjec. 1. Donell. ad d. l. an. C. ex del. defuncti.

TITULUS SECUNDUS.

DE VI BONORUM RAPTORUM.

Dig. Lib. 47. Tit. 8. C. Lib. 9. Tit. 33.

Continuatio. Violentia varia genera, & de qua hic agitur.

Secunda species delicti privati rapina dicitur, inter quam & furtum hoc inter est, quod furtum est clandestina rei alienæ ablatio; rapina, violenta. Est verò hoc crimen tanto gravius furto, quanto vis magis est adversus bonos mores, magisque turbat quietem publicam, quam clandestina rerum amotio. Qua de causa etiam legibus publiciorum judiciorum rapina vindicatur, & videlicet lege Julia de vi publica, & lege Julia de vi privata, l. 2. §. 1. hoc tit. Inscribitur hic titulus De vi bonorum raptorum. Subaudi: actione. Quod in quibusdam libris etiam exprimitur. Sciendum autem est, neque vim omnem unius est generis, neque uno coerceri modo. Interpretis vulgo quintuplicem eam faciunt, turbativam, in-

quietativam, compulsivam, expulsiivam, & ablativam. Nos inquietativam, quam vocant, sub turbativa comprehendimus. Turbativa est, cum possessior in possessione manens impeditur re sua libere uti, sive id fiat manu & corpore, sive opere factò: illic adversus turbantem comparata sunt interdista duo, uti possidetis in rebus soli, utrius in rebus mobilibus; hic interdium quod vi aut clam. Compulsiva vis est, cum quis minus iustoque metu illato alium compellit ad aliquid gerendum, tradendum, aut alienandum; que vis edicto quod motus causa coercetur. Expulsiiva est, cum quis de possessione alicuius rei deiecit: adversus quam comparatum est interdium unde vi. Et præterea vindicatur hæc vis etiam furtive constitutionibus, item legibus Julis de vi publica

& privata, §. recuperanda. 6. inf. de interdict. Ablativa vis (de qua hic agitur) est quando per vim alteri res eripitur: que & ipsa ildem legibus quibus expulsiiva, coercetur, d. l. 2. §. 1. h. r. & præterea ei, cui res erepta est, privata actio proposita vi bonorum raptorum: que sola hujus est loci, Justinianus primum originem hujus actionis commemorat, deinde quid in eam veniat; adversus quos, & quibus detur, ostendit.

TEXTUS.

Origo hujus actionis, & quid in eam veniat.

Qui vi res alienas rapit, tenetur quidem etiam furti, (quis enim magis alienam rem invito domino contraclat, quam qui vi rapit? ideoque rectè dictum est eum improbum furem esse) sed etiam propriam actionem ejus delicti nominis prætor introduxit, que appellatur vi bonorum raptorum: & est in annum, quadrupli, post annum, simpli. Que actio utilis est, etiam si quis unam rem, licet minimam rapuerit. Quadruplum autem non totum pœna est, sicut in actione furti nonium diximus; sed in quadruplo inest & rei persecutio; ut pœna tripli sit, sive comprehendatur raptor in ipso delicto, sive non. Ridiculum enim esse, levioris conditionis esse eum qui vi rapit quam qui clam amovet.

NOTE.

Qui vi res alienas rapit] Fur sine vi subtrahit, & clam auferit, l. 59. de furt. l. 9. C. eod. raptor vi & clam diripit. Rapi enim sine vi non potest, l. 1. §. 5. de incend. rain. Plaut. Epid. act. 1. scen. 1. Th. Minus jam furtificus sum quam antehac. Ep. Quia ita? Th. Rapio propalam.

Tenetur etiam furti] Et quidem etiam in quadruplum, si in ipso delicto deprehenus sit, l. 1. §. ult. l. 80. §. 3. de furt. Alias, in duplum, l. 1. l. 88. eod. quamquam vi bon. rapti. semper in quadruplum.

Ridiculum esse levioris conditionis, &c.] Gravioris enim delicti aperiore pœna esse debet. Sed & legibus publiciorum judiciorum rapina vindicatur, legibus Julis de vi publica & privata, d. l. 2. §. 1.

COMMENTARIUS.

1 An furti actione electa servetur eadem distinctio in rapina & pœna rapina, que in furto?
2 Quando levius dicitur, quod palam, quam quod clam committitur?
3 Tenetur etiam furti] An agitur furti actione electa eadem distinctio & in rapina & in pœna rapine servabitur, que in furto in specie sic dicto ut scilicet raptor manifestus, seu in ipso delicto deprehenus, quadrupli; nec manifestus du-

pli pœnam sustineat? Id quidem & ratio suadet, & satis peripetue significat mihi videtur in l. si quis 52. §. ult. l. si venâdiero 80. §. cum raptor. 3. de furt. & denique ex eo vineitur, quod hoc loco, & l. 2. §. ceterum. 10. & §. pœnalis. hoc tit. simpliciter traditum est, eum, qui vi rem alienam rapuit, etiam furti teneri. Quod autem in l. 1. hoc tit. & l. si quis egerit. 88. de furt. tantum monitio sit actionis furti nec manifesti, ex eo non potius concludendum est, furti manifesti cum raptore nunquam agi posse. Nam vel ideo id factum dicitur potest, quoniam furti nec manifesti actio semper competit, etiam adversus raptorem manifestarium, (nemo enim prohibetur experiri actione mitiore,) vel quia in illo furti nec manifesti actione locum habet, quod solita docent Jurisconsulti, si quis in duplum egerit, et adhuc superflue actionem vi bonorum raptorum in id, quod in hac amplius est. Sunt qui putant eum raptorem, ut cum fure manifesti, semper in quadruplum agi posse; quasi raptor non possit non esse manifestarius. Quod refellit l. si quis. 52. §. ult. de furt. ubi Jurisconsultus & exemplum propositi raptoris non deprehensi, videlicet il qui rapuerit ex ædibus, in quibus nemo erat, & eum de bonis quidem rapit in quadruplum posse conveniri scribit: sed furti non, nisi nec manifesti. Sed nec confectio furem aut raptorem manifestum facit, verum apprehensio, aut ad apprehendendum concursum & exclamatio, l. 3. l. 7. §. 1. & 2. de furti.

Improbium furem esse] Id est, admodum, & aversum, improbum, audacem, atrocem. Chrysothomus, in Math. homil. 53. rã dõ avrõtes is aprõtes 264. q. 1. Et sanè is, qui rapit, fur est improbius atque imprudentior, quam qui clam amovet, cum hic celet suam delictum, ille publicet, & crimen etiam publicum admittat. l. 2. §. ceterum 10. §. 1. in re deposita. 24. h. Quamquam alibi judicium Aristotelis in Rheor. ad Alex. cap. 1. ubi hæc legitimus dicitur: οὐ δυνάμις ἀνθρώπων ἔργῳ ἢ ὁμοίῳ μίσην αὐτῶν ἀποδοῦναι. Vinn. Et verè Prætori ea mens fuit, dum quadruplo in quod raptor condemnatur, & rem raptam comprehendendi voluit. Et necio an jocus Plauti Epid. Act. 1. scen. 1. ubi propalam raptorem minus furtificus dicitur, hæc sententiam exagitet. Ratio autem veterum fuit, quod raptoris vi facile propulari possit à viro constante & forti: furto autem & viro prudentissimo fortissimoque dampnum inferri solet. HEIN.

Propriam actionem] Etiam specialè edicto contra ea, que vi committuntur, prætor consulit, d. l. 2. §. scilicet ut innotesceret, prætorum quoque curam agere reprimendè improbitatis hoc genus hominum, tum ut raptores pluribus actionibus conveniri possint, arg. l. 3. §. 1. man. cap. sub. junct. §. sic itaque. 14. inf. de action. Intra annum quadrupli] d. l. 2. §. in hoc actione 23. Nimirum actio hæc honoraria est, & ideo, ut ceteræ ejusdem generis pœnales, anno finitur l. in honorariis. 34. de obl. & act. speciale enim est

quod actio furti manifesti, quae & ipsa ex praetoris jurisdictione proficitur perpetuo competitis, vide *inf. tit. de perp. & temp. ad.*

Utrum rem, licet minimam d. l. 2. §. vel cuius 11. Quippe non rei aut estimationis pecuniariae, sibi atrocitatis facti ratio ducitur. Cur ergo ob rem modicam non placeat dari actionem de dolo, l. 9. §. ult. *enim t. II. segg. de dolo* Quoniam actio de dolo extraordinarium remedium est, comparatum ad rescindendum, quod jure civili ratum est; non putavit praetor, ob rem minimam contractum jure validum rescindi debere.

In quadruplo inest & rei persecutio Actio vi bonorum raptorum in quadruplum a praetore proposita, non est mera poenalis, sed mixta: quippe in quadruplo etiam ipsius rei persecutio continetur, ut poena tantum sit tripli, §. *vis autem* 19. *inf. de actio.* In quo distat haec actio ab actione furti, quae tantum poenae persequenda caula comparata est, sive manifesti agatur in quadruplum; sive nec manifesti in duplum, §. *ex manifestis* 18. *inf. de actio.* §. *ult. tit. praec.*

Sive comprehendantur raptor, &c. His verbis Imp. peripicue duo genera raptorum facit, ut alii sint manifesti, alii non manifesti: uti & Ulp. in l. *si quis* 52. §. *ult. de furti.* Ceterum in hac actione poena pro qualitate rapinae non varietur, sicut in actione furti alia poena est manifesti, alia nec manifesti, sed in omnes raptores poena est eadem.

Ridiculum est Atqui raptor tantum triplo mulcatur, furti manifesti quadruplo. Praeterea actio de bonis rapis annua est, furti perpetua Resp. Sufficit ad defensionem hujus loci, quod raptores in delicto comprehensi eadem etiam actione teneantur, quae fures manifesti, & ex causa autem delicti non manifesti gravius temper puniuntur raptores, quam fures.

Qui vi rapit, quam qui clam amovet Eadem ratione Jurisconsultus in l. 2. §. *si in re* 24. *hoc tit.* furem cum raptore conferens factum furis extenuat, raptoris exaggerat: quoniam scilicet furti celat suum delictum, raptor publicat, quae imprudenter crimen augeat. Quod autem aliquando levius ducitur, quod palam committitur, quam quod clam, id tunc locum habet, cum factum clandestinum, vel plus flagitii, vel plus periculi habet, vel conscientiam doli magis arguit, ut in specie, l. *ut. de vit. nupt.* & l. *non existimo*, §. 4. *de nam. tut.* quod hic dicit nequit.

TEXTUS.

Adversus quos datur.

1. Ita tamen competit haec actio, si dolo malo quis rapuerit. Nam qui aliquo errore ductus, rem suam esse existimans, & imprudens juris, eo animo rapuerit, quasi domino liceat etiam per vim rem suam auferre a possessoribus, absolvi debet. Cui scilicet con-

veniens est, nec furti teneri cum, qui eodem hoc animo rapuit. Sed ne dum talia excogitantur, inveniantur via, per quam raptores impune suam exercent avaritiam, melius Divalibus constitutionibus pro hac parte prospicuum est, ut nemini liceat vi rapere vel rem mobilem, vel rem se moventem, licet suam eadem rem existimet. Sed si quis contra statuta Principum fecerit, rei quidem suae dominio cadere: si autem aliena res sit, post restitutionem ejus, etiam estimationem ejusdem rei praestare. Quod non solum in mobilibus rebus, quae rapi possunt, constitutiones obtinere censuerunt, sed etiam in invasionibus quae circa res soli sunt ut ex hac causa ab omni rapina homines abstinereant.

NOTA.

1. Rei sua dominio cadit. Qui rebus suis manu inicit, dominium earum amittit. Qui rebus alienis, duplum restituere cogitur. Creditor, qui rem debitoris sibi debitam occupat, jus crediti amittit, l. 13. *quod. met. ca.*

COMMENTARIUS.

1. Quia poena afficiuntur, qui sine dolo malo rem rapiunt, aut invadunt?
2. Panam rapinae, quae privatis applicatur, exolevit: & an non etiam alia de quibus hic agitur?

Quemadmodum furti nemo tenetur, nisi qui quid amovit dolo malo, & lucri facienda causa: ita nemo tenetur vi bonorum raptorum, nisi qui dolo malo rapuit. Proinde si quis, cum crederet se rei dominum esse, eam per vim possessoris eriperet, existimans licere domino quovis modo rem suam a possessoribus auferre, hoc judicio de vi bonis rapis non tenetur, l. 2. §. *haec actio.* 18. *hoc tit.* sed nec furti tenetur, *hoc text.* Ceterum aliis poenis obnoxii est, ut statim audiemus.

Imprudens juris Secundum hoc explicandum est, quod Jurisconsultus in d. l. 2. §. *haec actio.* 18. simpliciter scribit, si quis suam rem rapuit, vi bonorum raptorum non teneri; nempse si id sibi licere crediderit, errans in jure: nam à dolo quavis vel fatua causa excludit. Gloss. Bart. Jal. & DD. in l. *unic.* §. *qui jus dicit non obtinet.*

Sed ne dum talia excogitantur Bene ac prudenter constitutum est, ut sine vi & tumultu cives cum civibus contendant, nihil manu, nihil proprio agant impulsu: sed si quis puer se habere aliquas petitiones, ut actionibus non vi exerceat, & per judicem, quod suum esse dicit reposcat. Nam si cuivis privato permittatur id quod suum esse aut sibi deberi putat, vi & au-

toritate propria occupare, in eoque sibi jus dicere; vincula quietis publicae dirumpi necesse est, civelique ad rixam & arma quotidie procedere, l. *non est* 176. *de rog. jur.* Itaque et si is, qui sine dolo rem rapuit, suam esse putans, non tenetur in quadruplum actione vi bonorum raptorum, aliter tamen eum multari placuit, & siquidem dominus fuit, dominio rei suae cadere, si non fuit dominus, post restitutionem rei etiam estimationem ejus vim passo praestare. *hoc text.* Creditor, qui rem debitoris neglecto juris ordine tenere occupat, jus crediti amittit, l. *ex art.* 13. *quod. met. ca.* l. *pen. ad leg. Jul. de vi privata.* atque hic insuper etiam vi bonorum raptorum, l. 3. *C. hoc tit.* & publico judicio legis Juliae de vi privata tenetur, l. *ult. ad leg. Jul. de vi priva.*

In invasionibus l. *si quis* 7. *C. unde vi.* Solae res mobiles amoveri, subtrahi, rapi possunt: qui autem rem immobilem seu praedium vi occupat *invasor* & *invadere* dicitur. Poena rapinae legitima, quae privatis adscribitur, exolevit, sicut & furti, cujus qualificata rapina est species.

Nunc enim tantum criminaliter rapinae agitur ad vindictam publicam, & enormior violentia etiam morte punitur. De eo similibus rescriptorum inter 7. *C. unde vi.* Et similibus rescriptorum interpres non convenit. Nam eam communi totius Christiani orbis usum antiquatam esse testatur Covar. 3. *resol.* 16. n. 7. post specul. *tit. de rescript.* §. 1. & Guillelm. Benedic. in cap. *bonarius* 16. n. 2. de *rescript.* Gutierrez. *pract.* quaeq. lib. 1. quaeq. 77. Sarmientus quoque 2. *specul. interp.* 13. n. 7. refert, se nunquam vidisse poenam illius legis praedictae, aut remedium illud intendi. Contrarium tradit Menoch. *recept. poss. remedi.* 9. n. 8. §. *in hac actio.* 22. *hoc tit.* junct. §. *furti* 13. & 2. *segg. tit. praec.*

Sive ex bonis Ex bonis esse hic ea dicuntur, quorum, cum aliena sint, vel elementum, vel usus, vel praedium ad nos pertinet, ut ex *text.* & d. l. 2. §. 12. In bonis ea, quae jure civili aut gentium ita bonis acquisita sunt, ut alienare possimus, alibi haec verba in bonis latius accipiuntur, l. *bonorum* 49. *de verb. sign.* l. *rem in bonis* 52. *de acq. rer. dom.* Nonnunquam promissive utrumque dicitur & idem valet, in bonis & ex bonis, l. 1. *de usufr. legat.*

TEXTUS.

Quibus datur.

2. Sanè in hoc actione non utique expectatur rem in bonis auctoris esse. Nam sive in bonis sit, sive non: si tamen ex bonis sit, locum haec actio habebit. Quare sive locata, sive commodata, sive etiam pignorat, sive deposita sit res apud Titium sic, ut interstet ejus eam rem per vim non auferri, (vultus si in deposita re culpam quoque promissit) sive bona fide possideat, sive usumfructum quis habeat in ea, vel quid aliud juris, ut interstet ejus non rapit, dicendum est ei, com-

petere hanc actionem, non ut dominum accipiat, sed illud solum, quod ex bonis ejus, qui rapinam passus est, id est, quod ex substantia ejus ablatum esse proponatur; & generaliter dicendum est, ex quibus causis furti actio competit in re clam facta, ex istidem causis omnes hanc habere actionem.

NOTA.

2. Sive deposita, &c. sic ut interstet] Locus Ulp. in d. l. 2. §. 23. & 24. eod. male interponitur est, perperamque principium §. 24. separatum à fine §. praecedentis. Sic enim omnino legendum: Nam & furti actionem habeo, si in re deposita culpam quoque promissit, vel praedium depositarius non quasi mercedem accipi. Hinc demum novus §. inchoandus; Utitur dicendum est, &c. Cujac.

COMMENTARIUS.

1. Ex bonis esse quae hic dicuntur?
2. Explicatur locus obscurus Ulpiani.

VI bonorum raptorum is agit, qui in eam, i qui clam amovit, furti agere potest, id est, is, cujus interest, neque solum dominus rei, qui eam in bonis habuit, sed etiam bonae fidei possessor, fructuarius, commodatarius, creditor, conductor, & interdum depositarius, si videlicet culpam quoque in re deposita promissit. Horum omnium interest rem, quam tenent aut possident, non rapit: quoniam vel commodum ex re capiunt, vel eam salvam & inoleum praestare debent, l. 2. §. *in hac actio.* 22. *hoc tit.* junct. §. *furti* 13. & 2. *segg. tit. praec.*

Sive ex bonis Ex bonis esse hic ea dicuntur, quorum, cum aliena sint, vel elementum, vel usus, vel praedium ad nos pertinet, ut ex *text.* & d. l. 2. §. 12. In bonis ea, quae jure civili aut gentium ita bonis acquisita sunt, ut alienare possimus, alibi haec verba in bonis latius accipiuntur, l. *bonorum* 49. *de verb. sign.* l. *rem in bonis* 52. *de acq. rer. dom.* Nonnunquam promissive utrumque dicitur & idem valet, in bonis & ex bonis, l. 1. *de usufr. legat.*

Non ut dominum accipiat, &c. Oblucra est hujus loci sententia. Apud Ulp. l. 2. §. *in hac actio.* 22. hoc tit. unde totus hic §. delectus est, sic legitur, *dicendum est, nihil competere hanc actionem, non ut dominum accipiamus, sed illud solum ex bonis malis, hoc est, & substantia mea, res ablata esse proponatur.* Quorum verborum hic sensus esse videtur, competere mihi, cujus ex bonis res est, actionem vi bonorum raptorum, non utique ut proproam, ex substantia mea rem ablatam esse, verbo substantia largius accepto, quasi ex bonis meis etiam illud ablatum videatur, cujus estimationem domino praestare debeo.

TITULUS TERTIUS DE LEGE AQUILIA.

Dig. Lib. 9. Tit. 2. C. Lib. 3. Tit. 35. Continuatio, & Summa tituli.

Tertia species delicti ex quo civilis actio oritur, est damnum injuria datum. Damnum generaliter significat omnem detractionem & diminutionem rei alienae, five illa lucri causa fiat, five nullius lucri gratia, & five falsis rebus, five premissis aut corruptis. Nam damnus ab adeptione & quasi diminutione patrimonii dictum est, l. 3. de damn. inf. Hoc autem loco damnus in specie accipitur pro eo, quod contingit cum interitu aut corruptione rei, & prout sine lucro damnus dantis, puta si quis servum alienum aut pecudem aliunde animal occiderit, aut vulneraverit, aut quid alienum offerit, ruperit, fregerit injuria, & non jure, aut, quod idem valet, culpa, §. 2. & 3. infr. Atque hoc damnus est, quod vindicatur Lege Aquilia; cujus legis tria capita fuerunt, quorum primum & postremum hoc titulo explicantur, secundum in delictu adhibet.

TEXTUS. Summa Caput primum.

Damni injurie actio constituitur per legem Aquiliam. Cujus primo capite cautum est, ut si quis alienum hominem, alienamve quadrupedem, quae pecudum numero sit, injuria occiderit, quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur.

NOTAE.

Damni injuria] Damnum generaliter significat omnem diminutionem rei alienae, §ec. l. 3. de damn. inf. Hoc autem loco in specie accipitur pro eo, quod contingit cum interitu aut corruptione rei, & prout sine lucro damnus dantis.

Tantum domino dare] d. l. 2. pr. In lege Aquilia videtur scriptum fuisse, tantum ai dare ero damnus esto, arg. l. 11. §. 6. eod. ero tenuerit, id est, domino, ut in Florent. & Gloss. Graec. Lat. in Nov. Cujac. 27. obs. 11.

COMMENTARIUS.

Si liber homo occisus sit, & de damno sciendo agatur, quid juris, & possitum hodie.

Damni injuria] Legendum videtur, damni injuria, l. impuberem. 23. de furt. l. si servus. 27. §. si fur. num. 10. & seq. l. quemadmodum. 29. §. si in rem Labo. 3. hoc tit. Cic. pro Q. Rosc. cap. 11. littera consulari, judicio damni injuria constituta. Praecise videlicet, pro damni injuria dati.

Hand scio tamen, an posteriores Jurisconsulti Graeci homines damni injuria dixerint in genitivo. pro ex injuria, ut cum diximus, damnus incendii vel naufragii, pro incendio vel naufragio. VINN. Immo opus non videtur emendatione. Nam & apud veteres leges damnus injuria; veluti apud Marcianum l. 30. pr. fin. ff. ad L. Falcid. & ut mihi videtur etiam in l. 9. §. ult. ff. de tutel. & rat. distr. HEIN.

Alienum hominem alienamve quadrupedem quae pecudum numero] Primum legis caput animalia pretiosiora, hoc est, ad rationem rei familiaris magis utilia ac fructuosa complectitur, servis exquans quadrupedes, quae pecudum numero sunt & tantum ad damnus gravior, id est, ex eodem datus, pertinet, l. 2. hoc tit. Occiso homine libero non agitur ex lege Aquilia; quia liberi corporis nulla est aestimatio: sed legi Corneliae locus est, si dolo occisus; si culpa, poena lenitur, l. 5. §. de fcar. Ceterum si de damno sciendo, civiliter dilceperetur, teneris, qui injuste occidit, solvere impensas funeris, & si quae facta sunt in medicos, iisque, quos occisus alere ex officio, solebat, puta liberis, uxori, parentibus dare tantum, quantum illa spes alimentorum, ratione habitae aetatis occisi, valebat. Grot. lib. 3. introd. 33. Sic Hercules legitur Iphiti a se occisus liberis multam pendidisse, quo facilius expiaretur. Atque ita censuit Senatus Dolanus apud Joan. Grevel. de inf. 25. & Card. Puteus lib. 3. de inf. 80. Sed & Cujac. 14. obs. 4. exemplo Hadriani & Conf. Porphyrogenetae probat novum non esse ut pars bonorum adiacitor occisi liberis, vel patri, vel uxori, maxime si paupertate prementur, quamvis caedae circa dolum facta, injuste tamen. Michael Ephesius ad §. Nicom. Arist. scribit, cum ipsum, qui caesus est, quodammodo capere, quae uxori aut liberi, aut cognati ex bonis homicidae fuerit. Idque in Gallia obtinere, usque ad modum lucri amissi testatur Costal. ad l. 3. si quadr. par. ff. de add. Gomez. 3. refol. 3. num. 37. Grot. de jur. bell. 17. num. 12. §. segg. Tulden. ad tit. 5. cap. 3. Christ. vol. 2. dec. 31. no. 10. Libero homine vulnerato aut mutilato, quid juris sit, videbimus inf. §. cap. 3.

Quae pecudum numero sit] Ita quoque Gajus in d. l. 3. §. 2. hoc tit. quamobrem recte mihi admonere videtur Horomannus in principio d. l. 1. mendose legi, Quadrupedem, veli pecudum, legendum enim esse, Quadrupedem pecudum. In eo anno plurimi] Primo legis capite qui hominem aut pecudem injuria occidit, quanti ea res eo anno plurimi fuit, damnatur, d. l. 2. in pr. De quo plura inf. §. hii autem. 9.

TEXTUS.

TEXTUS.

De quadrupede, quae pecudum numero est.

1. Quod autem non praecise de quadrupede, sed de ea tantum, quae pecudum numero est, cavetur, eo pertinet, ut neque de feris bestis, neque de canibus cautum esse intelligamus; sed de iis tantum, quae gregatim proprie pasci dicuntur, quales sunt equi, muli, asini, oves, boves, caprae. De suisbus quoque idem placuit. Nam & suis quoque pecudum appellatione continentur: quia & hi gregatim pascantur. Sic denique & Homerus in Odyssaea ait, (sicut Aelius Marcianus in suis institutionibus refert,)

δῆος ἄνθρωποι παρρησίου, οἱ δὲ πύργων Πλε, Κίβητος, νεύου, ἐνὶ τῶν ἄλλων ἄλλοθεν. Hoc est.

Affidit is suisbus, quorum grex magnus in agris Paschorum, ad Coracis faxum, fontemque Aristoniam.

COMMENTARIUS.

Cur dubitatur de suisbus, an pecudum numero sint?

Pecudum numero esse ea animalia proprie intelliguntur, quae gregatim pascantur, id est, in grege pastoris imperio subiecto, ut equi, asini, muli, boves, oves, caprae. Itaque canes in pecudum numero non sunt, multoque minus ferae bestiae, veluti ursi, leones, pantherae. Enimvero camelus & elephantus, licet ferae naturae sint, ad primum tamen caput pertinent, propterea quod jumentorum operam praestant, d. l. 2. §. 2. VINN. Icti ubi ex arte loquebantur, distinguebant quadrupedes, quae dorso & collo domantur, id est, quae sarcinas vehunt & trahunt, pecudes, quae gregatim pascantur; & bestias, quales erant reliqua animalia omnia. Ampl. Bynkersh. de Rob. mancip. & nec mancip. cap. 6. pag. 11. seq. HEIN.

De suisbus idem placuit] An suisbus pecudum appellatione continentur, dubitatum fuit. Dubitandi quae causa fuerit, hand facile dixerim. Horomannus haec assertit, quod suisbus non ut reliquae bestiae, gramine & viridibus pabulis commode alantur, sed ut Varro & Columella tradunt, maxime faba, hordae, glande, & cetero frumento indigent; & si rure sint, tamen caducis arborum bacis & effossis lumbicis & radiculis potius, quam gramine vescuntur. Aliis probabilius videtur, ideo de suisbus dubitatum, quoniam suisbus neque operam hominibus praestant, puta grastando, arando, ut equi, muli, asini, boves; neque lacte aut lana profunt, ut vaccae, Vinnius in Instit.

Vinnius in Instit.

N n n n n

oves, caprae. Ut sit, placuit etiam suisbus pecudum numero haberi, quia & ipsi gregatim sub imperio pastoris pascantur, d. l. 2. §. 2. hoc tit. l. legatis. §. 5. pecoribus. 4. de leg. Ubi Marcianus Jurisconsultus auctoritate Homeri hanc sententiam confirmat. Locus est apud Poetam Odyss. 13. ubi Minerva Ulyssidem in pariam ex longo errore reductum monet, ut non recta domum ad uxorem & procos introeat: sed prius ad Eumaeum subuleum adeat, a quo de rebus omnibus interea edoceatur, dum ipse Telemachum filium reducat. Quo eodem loco legitur versus, quos post Marcianum hic citat Justinianus. VINN. Sed quamvis suisbus gregatim pascantur, dubitari tamen non absurdum potuit, an sint quadrupedes pecudes. HEIN.

TEXTUS.

De injuria.

2. Injuria autem occidere intelligitur, qui nullo jure occidit. Itaque qui latronem insidiatorem occidit, non tenetur: utique si aliter periculum effugere non potest.

COMMENTARIUS.

Qui hac actione non tenentur?

Qui nullo jure occidit] Injuria hic accipere nos oportet, non quemadmodum circa injuriarum actionem, contumeliam quamdam, sed quod non jure factum est, five damnus culpa facientis datus, l. 5. §. 1. hoc tit. & nimirum quodcumque praevideri potuit, nec provifum est, l. si putator. 37. l. 44. eod. Ex quo intelligimus eum, qui occidit, aut alias damnus dedit, hac lege teneri, etiam si animum nocendi non habuit, d. l. 5. §. 1. Deinde teneri hac lege omnes, quorum culpa vel levissima damnus datum esse arguatur, l. in lege 44. eod. Postremo non teneri eos, qui vel cupias caedes non sunt: qualis est furiosus, infans, & impubes infans proximus, d. l. 5. §. 2. vel quorum factum a culpa abest: veluti si non fuit in potestate ejus, qui damnus dedit, non facere, puta, si ab alio impulsus damnus dederit, l. 7. §. 3. l. si ex plagis. 52. §. 2. eod. vel si jure suo id fecit, puta furem nocturnum aut diurnum telo se defendentem, vel aggressorem, aut taurum irruentem occidit, hoc text. d. l. 4. l. 5. eod. aut si quis casu alium laesit, quem divinare non potuit: aut si in eo, qui laesus est, culpa sit, cur sit laesus, vid. infr. §. 4. & 5. Plerique putant, nec culpam, quae in omitendo seu negligendo consistit, ad legem Aquilianam pertinere, quoniam lex factum exit. Covar. de spons. par. 1. c. 6. §. 8. num. 13. Donell. 16. com. cap. 7. Alii putant, hoc nomine utrumque saltem actionem competere, l. 8. l. si fornicarius. 27. §. si fornicarius. 9. & ibi Baf. hoc tit. quod verum est, si negligentia circa factum

COMMENTARIUS.

Quanti id eo in anno plurimi] Hec clausula estimationem habet damni, quod per eodem datum est. Tenetur itaque qui servum occidit, non quanti is erat, cum occideretur, sed quanti eo anno plurimi fuit, l. ai. l. 27. l. inde Neratius. 23. §. idem Julianus. 3. hoc tit. ubi Ulpianus scribit, hominis occisi estimationem ad id tempus referri, quo eo anno plurimi fuerit, repetitis ex die vulneris trecentis sexaginta quinque diebus: quippe annum retrosum numerari, ex quo quis occisus est. Et ideo si pretioso pictori pollex fuerit praecisus, & intra annum quo praecideretur, fuerit occisus, posse dominum Aquila agere, pretioque eo aestimandum, quanti fuit prius, quam artem cum pollice amisisset. Si mortiferè vulnerem sit servus, deinde post, etiam longiori tempore interfecto, mortuus sit, secundum Julianum inde annum numerari placet, ex quo vulneratus est. licet Celsus contra sentierit, d. l. ai. lex 27. §. 1.

Penaltem est hujus legis actionem] Actio legis Aquiliae penaliter est. Nam eum interdum lis ultra datum datum non aestimetur, veluti si res intra annum depreiata non sit, tamen ad hoc, ut penaliter habeatur, sufficit posse presentem estimationem exuperari, & poenam generaliter in damnosum statutam esse.

In heredem non transferi] Constat, hanc actionem heredi dari: sed in heredem non datur, cum sit poenalis; nisi forte ex damno locupletior haeres factus sit, d. l. inde Neratius. 23. §. hanc actionem. 8. hoc tit. aut lis cum defuncto fuerit contestata, §. 1. infr. de perp. & temp. ait.

Qua transitura fuisse] Ait, actionem legis ex delicto est, sed quia poenalis: transituram, si poenalis non esset. Itaque hic locus aperit confirmat eorum sententiam, qui existimant, actiones non poenales, etiam si ex delicto veniant, in heredem dari, de quo latus alibi, §. ult. supr. de obl. qua ex del. & infr. §. 1. de perp. & temp. ait. Hodie actio legis Aquiliae poenalis non est: nam solum extenuis ea nunc utimur, ut damnum injuria datum persequamur; non etiam quanti plurimi supra id res in eo anno aut in diebus 30. proximis fuit: & quando aliquid propter occisionem conjugis vel parentis, vel propinqui adjudicatur, id portus ejus qui agit indemnis servandi, quam coercendi adversarii causa fieri existimatur. Gudel. de jur. nov. lib. 3. cap. 13. Grot. 3. introd. 32. & 34. Groenew. de li. abbrev. hic.

TEXTUS.

Quid aestimatur.

20. Illud non ex verbis legis, sed ex interpretatione placuit, non solum perempti corporis estimationem habendam esse secundum ea, quae diximus, sed eo amplius, quic-

quid praeterea perempto eo corpore damni nobis illatum fuerit, veluti si servum tuum heredem ab aliquo institutum ante quis occiderit, quam is jussu tuo hereditatem adierit: nam hereditatis quoque amissionem rationem esse habendam constat. Item si ex pari mularum unam, vel ex quadrigis equorum unum quis occiderit, vel ex comadibus unus servus occisus fuerit, non solum occisi sit aestimatio, sed eo amplius id quoque computatur, quanti depreiata sunt, qui super sunt.

NOTAE.

10. Depreiatum sunt] Utitur eo verbo Paul. l. 22. §. 1. Tertull. ad Nation. 1. cap. 10. Gloss. Lat. Gr. depreiatus, id est avulsus.

COMMENTARIUS.

Non ex verbis legis, sed ex interpretatione] Lex de estimatione perempti corporis tantum locuta videtur: ceterum illud quoque datum in estimationem venire placet, quod occasione perempti corporis in re alia passim: quod variis exemplis illustratur, l. ai. l. 27. §. ult. cum li. seqq. hoc tit. Ait autem Justinianus id per interpretationem placuisse, nimirum quia legistatorem id quoque voluisse praedentes existimaverunt: non enim tam ex scripto & sententia haec controversia nata videtur, quam ex scripto ambiguitate: ut bene Hotoman. hic, & ideo de hoc quoque damno directam ex lege actionem competere verius est, vid. §. ult. inf.

Quicquid praeterea damni] Quicquid praeterea extra rem principalem nostra interest, d. l. ai. lex 27. §. ult. Nam omnia commoda, quae intra annum, quo verbi causa factus fuerit, ad estimationem ejus accedunt, d. l. inde Neratius. 23. §. in summa. 6. eod. Damnus autem intellige praetorium: nam affectionis ratio non habetur. Ut ecce, si filium tuum naturalem qui occiderit, quem tu magno emptum velles, non plus aestimabitur, quam quanti omnibus valet. Quippe pretia rerum non ex aestu nec utilitate singulorum, sed communiter funguntur, l. si servum. 33. hoc tit. l. pretia. 63. ad leg. Falcid.

Si servum tuum heredem] Si servus haeres institutus, antequam jussu domini hereditatem adiret, occisus sit, etiam hereditatem aestimatio damnum in estimationem venit, d. l. inde Neratius. 23. hoc tit.

Item si ex pari mularum] l. proinde. 22. §. 1. eod. Ubi Paulus scribit, etiam causas corpori coherentes aestimari. Itaque si quis ex comadibus, aut lymphoniacis, aut gemellis, aut quadrigis, aut ex pari mularum unum vel unam occiderit, non solum perempti corporis estimationem faciendam esse, sed & ejus rationem haberi debere, quo caetera corpora depreiata sunt.

TEXTUS.

De concursu hujus actionis & capitalis.

11. Liberum autem est ei, cujus servus occisus fuerit, & ex judicio privato legis Aquiliae damnum persequi, & capitalis criminis cum reum facere.

COMMENTARIUS.

Si dolo servus occisus sit, non tantum privato judicio legis Aquiliae dominus agere potest, sed etiam publico legis Corneliae de sicariis, l. inde Neratius. 23. §. si dolo. 9. hoc tit. l. 3. C. eod. nam lex Cornelia non distinguit, cujus conditionis homo occisus sit, l. 1. §. 2. ad l. Corn. de sicar. Addit Ulp. in d. l. inde Neratius. 23. §. si dolo. 9. si lege Aquilia dominus egerit, non ob id tamen praedictum fieri legi Corneliae; scilicet, quo minus quod privato judicio judicatum erit, publico retractetur, l. unic. quoad. ait. civ. crim. Alio sensu Paulus in l. 4. de publ. jud. dicit, in actione legis Aquiliae, caeterisque privatis iudiciis, in quibus de re familiari agitur, evenire interdum, ut praedictum judicio publico fiat; mirum non sit, ut agi amplius non possit, sed ad probationem delicti quod attinet, ut judicium privatam, ante finitum, urgeat aut juret reum in executione criminis.

Capitalis criminis reum facere] Modo ut diximus, dolo malo homo occisus sit. Nam in lege Cornelia dolum tantum pro facto accipitur, nec in hac lege lata culpa pro dolo habetur, l. 7. ad leg. Corn. de sicar. add. Schneid. §. injuria. 2. num. 11. supr. ad hanc §. num. 1. De libero homine occiso, si de damno largiendo agatur, dixi sub pr. hujus tit.

TEXTUS.

Caput secundum.

12. Caput secundum legis Aquiliae in usu non est.

COMMENTARIUS.

Secundum hujus legis capitulum jam tempore Smedii jurisprudentiae in desuetudinem abiit, ut tellis est Ulpianus in l. servum. 27. §. 4. hoc tit. Quid autem hoc capite cautum fuerit, cum id usquam proditum sit, haud temere dixerim: neque de eo laborandum. Qui otio abundant, talia sibi negotia fumant. Cujacio videtur, pertinuisse ad interceptam nobis utilitatem quamdam, re nostra illata. VINN. Nos ne otio abundare videamur, lectorem remittimus ad Antiquitates nostras Rom. h. t. §. 9. edit. fec. HEIN.

TEXTUS.

Caput tertium, quod damnum vindicatur.

13. Capite tertio de omni caetero damnum cavetur. Itaque si quis servum, vel eam quadrupedem, quae pecudum numero est, vulneraverit; sive eam quadrupedem, quae pecudum numero non est, veluti canem, aut feram bestiam, vulneraverit, aut occiderit; hoc capite actio constituitur. In caeteris quoque omnibus animalibus, item in omnibus rebus, quae anima carent, damnum per injuriam datum hac parte vindicatur. Si quid enim istum, aut ruptum, aut fractum fuerit, actio ex hoc capite constituitur: quamquam poterat sola ruptae appellatio in omnes istas causas sufficere. Ruptum enim intelligitur, quod quoquo modo corruptum est. Unde non solum fracta, aut usura, sed etiam scissa, & collisa, & effusa, & quoquo modo perempta atque deteriora facta, hoc verbo continentur. Denique responsum est, si quis in alienum vinum aut oleum id miscuerit, quo naturalis bonitas vini aut olei corrumpetur, ex hac parte legis Aquiliae cum teneri.

NOTAE.

15. Capite tertio] Verba capituli tertii referuntur ab Ulp. l. 27. §. 5. eod. ejusdemque l. §. 7. & deinceps fuse explicatur.

COMMENTARIUS.

1. Caput tertium legis Aquiliae declaratur variis exemplis.
2. Quid tertio si liber homo vulneratus: & quid eo causa habeat?

Tertio capite ait eadem lex Aquilia: Ceterorum rerum, praeter hominem & pecudem occisos, si quis alteri damnum faxit, quid esserit, fregerit, ruptis injuria, quanti ea res erit in diebus triginta proximis, tantum ei domino duae damnae esto, l. si servus. 27. §. tertio. 5. hoc tit. Si quis igitur non occiderit hominem vel pecudem, sed esserit, fregerit, rupterit, sine dubio ex his verbis legis agendum erit. Proinde si facem servo meo obtuleris, & eum adufferis, teneberis mihi. Idem est si loris, vel virgis, vel pugnis, vel telo occideris, ut corpus ei scinderes, vel tumorem faceres, d. l. 27. §. 17. Item si quis mulum meum plus justo oneraverit, & aliquid membri rupterit, d. l. 27. §. 23. Sed & si arbutum meum vel villam meam incenderis, Aquiliae actionem habeo, d. l. servum. 27. §. item si. 7. Aequè si quis vinum effu-

derit, spurcaverit, vitaverit, vestimentum sciderit, inquinaverit, millum aut frumentum in flumen effuderit, ex hoc capite tenetur, d. l. 27. §. cum eo. 15. & §. si quis. 18. cum §. seq. eod. Hac quoque actione ex hoc capite de omnibus animalibus lesis agendum est, quae pecudes non sunt, puta de cane, Sed & de apro & leone caeterisque feris & avibus idem erit dicendum, l. quemadmodum. 29. §. hac actio. 6. eod. In summa hoc capite fervorum & pecudum vulnera, reliquorum animalium vel vulnera vel caedes: omnium denique rerum inanimatarum corruptiones in iudicium vocantur.

2 Liber homo vulneratus directam ex hoc capite actionem non habet; quoniam dominus membrorum suorum nemo videtur. Sed tamen utilem actionem ei dari placet, in qua non corporis, quod nullam estimationem recipit, sed operum cessantium & impendiorum aestimatio fiet, l. liber homo. 13. eod. quam estimationem etiam pater utili legis actione persequi potest, ob vulnus inflictiun silofiam l. 7. eod. l. cum aucto. 52. §. factum. 16. pro hoc. Cujac. 21. obs. 20. add. Grot. 3. introd. c. 34. Moribus harum regionum etiam dolorum & deformationis corporis, si quando id petitur, aestimatio fit; quamvis propriè hæc pecunia farciri non possunt, neque juri Romano id conveniat, l. ult. de his qui deiecit. l. 3. §. quando. pamp. Grot. d. loc.

Ruptum intelligitur, quod quoque modo corrumpitur. Verbum ruptis here omnes veteres sic intellexerunt, corrupit. Itaque rupti appellatione continentur & ulla, & fracta, & scissa, & collisa, & effusa: & quoque modo vitata, deteriora facta, aut perempta. Neque obstat, quod lex distinctum hæc tria exprimit, usque, fregerit, ruptit. Nam, ut Celsus dicebat, non est novum, ut lex specialiter quibusdam enumeratis generale subjiciat verbum, quo specialia complectatur, d. l. si servus. 27. §. inquit. 13. cum §. §. 199.

TEXTUS.

De dolo & culpa.

24. Illud palam est, sicut ex primo capite demum quique tenetur, si dolo aut culpa ejus homo aut quadrupes occisus occisive fuerit, ita ex hoc capite, de dolo aut culpa, & de cætero damno quemque teneri, ex hoc tamen capite, non quanti in eo anno, sed quanti in diebus triginta proximis res fuerit, obligatur is, qui damnum dederit.

COMMENTARIUS.

27 dolo aut culpa] In hac quoque actione, quæ ex hoc capitulo oritur, tam culpa quam dolo puniuntur. Ideoque si quis in stipulam suam vel spinam comburenda ejus causa ignem immiserit, & ulterius evagatus & progressus ignis alienam

si getem vel vineam laeserit, requiremus, nam imperitia ejus vel negligentia id accidit. Nam si die ventoso id fecit, culpa reus est. Nam & qui occasione præstat, damnum fecisse videtur. In eodem crimine est & qui non observavit, ne ignis longius procederet. At si omnia, quæ oportet, observavit, & subita vis venti ignem longius produxit, caret culpa, l. qui occidit. 30. §. penult. hoc tit. VIAM. Singulare id habet lex Aquilia, quod & dolum & culpam vindicat, cum alias verum delictum non nisi ex dolo proficitur, l. 53. ff. de furt. quasi delictum ex culpa. Unde non absurde C. Th. massius damnun injuria datum & veris & quasi delictis accenset: quamvis facta à potiore denominatione potius verum delictum dicatur, Add. Elem. nostra Jur. secund. ord. Inst. §. 1034. §. 1081. HEIN.

Quanti in diebus triginta] Hoc capitulo, quanti res fuerit triginta diebus proximis, tantum aestimatur, d. l. si servus. 27. §. tertio. §. eod. qui obnoxius fuerit, in factum actione teneri: veluti si quis misericordia ductus alienum servum compeditum solverit, ut fugeret.

TEXTUS.

Quanti damnun aestimetur.

25. Ac nec plurimi quidem verbum adjicitur. Sed Sabino rectè placuit, perinde habendam estimationem, ac si etiam hac parte plurimi verbum adjectum fuisset: nam plebem Romanam, quæ Aquilio tribuno rogante hanc legem tulit, contentam fuisse, quod prima parte eo verbo usa esset.

COMMENTARIUS.

Hæc verba, quanti in diebus triginta proximis suis, etiam non habent, plurimi, sic tamen accepta sunt, l. quemadmodum. 19. §. ult. hoc tit. nimirum ut vox plurimi in primo capite posita, in tertio repetita intelligatur: & aliqui incerta esset damni ex hoc capite aestimatio.

Aquilio Tribuno rogante hanc legem tulit, &c.] Rectius dixisset legem jussit. Ex mox, eo verbo usus esse, ut hic notat Hotomannus.

TEXTUS.

De actione directa, utili, & in factum.

16. Cæterum placuit, ita demum directam ex hac lege actionem esse, si quis precipuè corpore suo damnun dederit. Ideoque in eum, qui alio modo damnun dederit, utiles actiones dari solent; veluti si quis hominem alienum, aut pecus ita incluserit, ut fame necaretur: aut jumentum ita vehementer egerit, ut temperetur; aut pecus in tantum

COMMENTARIUS.

- 1 Directa actio quot modis dicatur?
- 2 Actio utilis quid: & qua ratione, quando & quibus introducatur?
- 3 Directam actionem esse, tam qua ex sententia legis descendit, quam qua ex verbis utilium, qua tanquam ex sententia per interpretationem extensivam in factum, cui nec oratio nec sententia convenit?
- 4 Utilem, qua tanquam ex sententia legis, & ipsam interdum in factum appellari.

UT hic locus plene intelligatur, secundum est, non uno semper & eisdem oppositio inintuitu nomen actionis aut directæ aut utilis à veteribus usurpata. Nam primum directæ actio dicitur principalis opposita vel preparatorie, puta actioni ad exhibendum, l. 5. §. ibidem 13. l. si quis. 17. ad exhibendum. vel contrarie, ut actio directæ commodati, depositi, pigneratitiae, &c. vide nostra ad §. 2. sup. quibus modis ve contr. oblig. §. 1. sup. de obligat. qua quasi ex contr. Deinde actio ordinaria ex delicto, opposita noxali, directæ quoque vocatur, §. omnis. 5. inf. de nox. actio. Postremo directæ actio dicitur ad differentiam actionis utilis: qua consideratio hujus loci propria est. Utilis actio sic in universum describitur potest, quod fit actio, qua deficiente stricta juris actione, ex acquiretate introducitur. Id verò fit bifariam: vel interpretatione Jurisconsultorum, vel etiam jure expresso, tum prætorio, tum etiam civili acquirentem sectante. Actiones prætorie in relatione ad jus civile strictum, omnes dicuntur utiles, tamen aperte verbis edicti propositæ, §. namque 4. inf. de action. l. tutor. 16. §. ult. de pign. act. l. elatio. 26. §. 2. de nox. act. l. 1. de superfic. l. ult. C. quib. ex ca. maj. Quamquam si jus prætorum absolute spectamus quedam utiles appellari possent: directæ, qua ipsis edicti verbis proponuntur utiles, quas verbis cessantibus prætorum interpretatio induxit, l. pen. §. ult. de his qui deij. vel off. ut apparet ex l. nec quisq. 70. de rei vend. l. 1. §. Titio. 22. de pignor. l. in sum 19. in pr. de instir. act. l. 5. §. pen. de pec. const. l. 1. C. de præscr. Sed & jus civile nonnunquam verbis expressis utiles tantum actiones tribuit, nimirum quoties ratio juris impedit, quominus directæ dentur; veluti si directæ jam sint apud alium. Nam ratio juris non patitur, ut aut apud duos finit directæ sit actio, aut ab eo, cui illa semel comperere cepit, avulsam in alium transferatur. Hinc est, quod ei, qui nomen venditum, legatum, donatumve est, non directæ, sed utilis actio rescipit. Imp. datur, quia scilicet ex ratione juris directæ penes venditorem, heredem, donatorem manet, l. si cum 16. de pact. l. 1. C. de obi. & act. l. ex legato. 18. C. de legat. Pari de causa quia ratio juris civilis non patitur, ut nostra conventionem alteri actio-

NOTE.

16. Si quis precipuè corpore suo] Directa legis actio ita demum conceditur, si quis corpore suo damnun dederit, l. 15. eod. Directæ actio hic intelligitur, quæ ex verbis legis, eoque quod scriptum est, descendit.

Qui alio modo, & utiles actiones] Quæ eadem & in factum: cæterum civiles, l. 7. §. 3. & 6. l. 9. eod. Actio qua inducitur per interpretationem & extensionem aliquam, tanquam ex mente legislatoris non directæ, sed utilis dicitur: quamquam vi & effectu à directæ nihil differt, l. 47. §. de neg. gest. Sic patri nomine filii, bonæ fidei possessori item libero homini suo nomine utilis actio legis Aquiliæ datur. Di rectam habere non possunt, quoniam in lege domini tantum mentio fit, l. 7. l. 11. §. 8. l. 13. hoc tit.

Alienum servum de ponte] Si quis de ponte aliquem precipitaverit, Celsus, ait, sive ipso iusto perierit, aut continuo submersus sit, aut lassatus vi fluminis victus perierit, eum qui deiecit, ipsa lege Aquilia teneri: quemadmodum si quis puerum laxo illisisset, d. l. §. pen.

Ipsa lege Aquilia] Ex ipsis verbis legis Aquiliæ fit directum in eum actio competat, ut rectè interpretatur Theoph.

Necus corpus lesum] Ubi corpus integrum manet, necus ex verbis legis directæ, neque ex sententia utilis actio competit: ac proinde subsidaria in factum opus est, l. 33. in fin. hoc tit. l. 7. §. 7. de dolo, quæ à prætorè defectum legis supplet datur, l. 11. de præscr. verb.

Misericordia ductus] d. l. 7. §. 7. de dolo.] Intemptiva misericordia damnosa est. Similiter actio in factum tenetur, qui fumo facto apes fugaverit, vel etiam necaverit, l. 49. eod. Apes fumo abigi & necari notissimum est. Fabrot.

nem queramus, quibusdam casibus hic utilis actio constitutionibus introducta est, l. 3. C. de don. qua sub mod. His autem casibus, & si qui funt similes, demptis, actio directa dicitur, quae ex verbis legis, eoque quod rescriptum est, descendit. Scriptum autem etiam illud & verbis comprehenditur intelligi oportet, quod voluisse legislatores constat, etiam si id aperte expressum non sit. Ut ecce, lege Aquilia, qui damnum dedit, expressit jubere eius damni estimationem praestare. Illud non exprimitur, damnum tanti aestimandum, quanti interest damnum datum non esse. Ceterum quia damnum facri lex voluit, ex voluntate legis hoc sic acceptum est, quasi scriptum esset, quos omnis quod interest, aestimationem fieri debere; ac proinde etiam ejus nomine quod extrinsecus interest directa ex lege actio competit, ut notavimus ad §. illud. 10. supr. eod. At verò ubi longius proceditur, atque ex scripto & sententia controversia orta, actio inducitur per interpretationem & extensionem aliquam, tanquam ex mente legislatoris; ea non directa, sed utilis est: quamquam vi & effectu juris à directa non differat, l. prope. de neg. gest. Quod si & verba & sententia legis deficiunt, hic praetor defectum legis, utilitate id exigente, supplere solet reddendo actiones in factum, l. quia actionum. 11. de praes. verb. Quae omnia exemplis in textu illustantur. Illud etiam hic obiter notandum, appellatione actionis in factum nonnunquam signifi-

ficari actionem illam utilem, quam ex sententia legis per interpretationem induci dicitur: ut videre est in l. qua actio. 7. §. proinde. 3. l. item §. 9. in pr. l. item Mela. 11. §. sed §. 8. l. quemadmodum. 29. §. pen. hoc tit. Propriè autem eo nomine designari actionem ab illa utili distinctam: quae scilicet id factum persequitur, cui nec oratio nec sententia legis convenit, d. l. 11. de praes. verb. l. si servum 33. §. 1. hoc tit. l. 7. idem Labeo. 7. de dol. & hoc tit. in fin. Illa in factum civilis, haec in factum praetoria dicitur, & tota subsidiaria est.

Si quis corpori suo] Add. l. ita vulneratus. 51. in pr. hoc tit.

Qui alio modo damnum dederit, utilis actio.] Quae eadem & in factum, ceterum civiles, l. qua actio. 7. §. 3. & §. Celsus. 6. l. item §. 9. fere per tot. tit. eod. Sic patri nomine filii, bonae fidei possessori, item libero homini suo nomine utilis Aquiliae actio datur. Directa enim habere non possunt, quoniam in lege domini tantum mentio fit, d. l. qua actio in pr. l. item Mela. 11. §. sed §. 8. l. liber homo. 13. pr. eod.

Neque corpus laesum] Lex Aquilia de corpore perempto aut corrupto loquitur. Itaque ubi corpus integrum manet, neque ex verbis legis directa, neque ex sententia utilis actio competere potest: & proinde subsidiaria in factum opus est, secundum ea quae jam dicta sunt, l. 11. de praes. verb. l. si servum 33. in fin. hoc tit. l. 7. §. idem Labeo. 7. de dolo.

TITULUS QUARTUS.

DE INJURIIS.

Dig. Lib. 47. Tit. 20. C. Lib. 9. Tit. 33. & 36.

Continuatio, & argumentum t. tuli.

Quarta species delicti, unde obligatio & actio inter privatos nascitur, est injuria seu contumelia. Quae quid sit, quomodo & quibus fiat, tum qua poena vindicetur, quae circumstantiae eam augeant, aut minuant & denique quomodo aboleatur, hic docebitur.

TEXTUS.

Verbum injuria quod modis accipitur.

Generaliter injuria dicitur omne, quod non jure fit: specialiter alias contumelia, quae à contemnendo dicta est, quam Graeci ἔσπονδον appellant: alias culpa, quam Graeci ἑσπονδία dicunt, sicut in lege Aquilia damnus injuria datum accipitur: alias iniurias & injustitias, quam Graeci ἀδικίας καὶ ἀδικίας vocant: cum enim praetor vel

judex non jure contra quem pronuntiat, injuriam accepisse dicitur.

NOTAE.

Generaliter injuria] Ex Paulo apud Rufin. tit. 2. & Ulpiano l. 1. hoc tit. ubi JC. ait, injuriam ex eo diciam, quod non jure fit. Augult. Confess. 3. cap. 8. Sive per contumeliam, sive per injuriam.

Cum judex non jure contra quem pronuntiat.] Si judex inique sententiam dixerit, quavis per imprudenciam aut errorem, l. §. 1. de evict. eum, qui sententia laesus est, injuriam passum dicimus, d. l. hoc tit. Judex autem injuriam facit, non is, secundum quem judicatum est. Aristot. 1. mago. mor. 34.

COMMENTARIUS.

Mo quod jure non fit.] Quicquid non jure fit, generali verbo injuria dicitur; l. 1. hoc tit. ubi Ulpianus ait, injuriam ex eo diciam, quod

TEXTUS.

Quibus modis injuria fit.

1. Injuria autem committitur, non solum cum quis pugno pulsatus, aut sustulit casus, vel etiam verberatus erit; sed & si cui convitium factum fuerit: sive cuius bona quasi debitoris, qui nihil deberet, possessa fuerint ab eo, qui intelligebat, nihil cum sibi debere: vel si quis ad infamiam alicujus libellum aut carmen (aut historiam) scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quod quid eorum fieret: sive quis matrem familias, aut praetextatum praetextatave adscitatus fuerit: sive cuius pudicitia attentata esse dicitur: & denique aliis plurimis modis admitti injuriam manifestum est.

NOTAE.

1. Matremfam. aut praetextatum, &c.] Rudeus, in l. ult. de Sen. Erat autem praetextata puerile vestimentum. l. 23. §. 2. de aur. & arg. leg. & ingenuitatis insigne, eisque non vestitus Philostrat. in Herode.

COMMENTARIUS.

1. Re quot modis injuria fit?
2. Convitium quid, & an circa id verbis injuria fieri queat?
3. An & quando veritas convitii excuset injuriam?
4. An eum relevet praestatio honoris?
5. Injuriam verbis factam an verbis liceat repellere?
6. Famosi libelli quomodo varia poena.
7. Si inventor auctorem indicaverit.
8. Poena capitali l. un. C. de famos. libel. quando locus?
9. Adscitari cur injuriosus?
10. Sermo praetextatus.
11. Cur injuriosa attentatio pudicitiae?

Interpres vulgo injuriam in duo genera dividunt, in realem, & verbalem: eam, quae scripto fit, alii ad realem referunt, alii & frequentius, ad verbalem: quod & Labeo fecisse videtur, l. 1. §. 1. hoc tit. & nos sequemur. Itaque dicimus, omnem injuriam aut fieri, aut verbis: vel lingua scilicet nuncupatis, vel scripto expressis. VIINN. At potest etiam per picturam fieri injuria, ejusque rei lepidia profant exempla. Enimvero & hanc ad injurias reales referri posse nemo dubitaverit. HEIN.

Cum quis pugno pulsatus] Proprie injuria 1
O O O O

quod non jure fiat. Itaque omne factum, quod noceret detrahiturque quid alteri temere immeritiove, id in genere injuria dicitur: eaque vox tam late patet, quam injustitia: est enim effectus injustitiae, quae in affectu & habitu animi consideratur. Cicero in Paradox. Quocumque appetisti, ut furis, sic tua sibi occurrunt injuria, quae te resistere non sinunt. Injuria, id est, actiones injuste, flagitia, peccata. Injuria, sic generaliter dicitur, Justinianus res speciales hic commemorat, uti & Jurisconsultus in d. l. 1. contumeliam, damnum culpa datum, iniquitatem sententiae: quibus tamen genus proprium non exhaustur. Sed de eo uniusquisque pro arbitratu existimet. Adeundus omnino Arist. lib. 5. ethic.

Specialiter alias contumelia] Specialiter injuria primum pro contumelia accipitur, ut in hoc tit. l. 5. §. 1. ad l. Aquil. l. si unus. 27. §. 2. de praes. ubi Paulus scribit, actionem injuriarum nasci ex contumelia. In hoc significatu injuria sic ab auctore librorum ad Herennium lib. 4. cap. 25. definitur: Injuria est, quae aut pulsatione aut convitio aures, aut turpitudine vitam alicujus violat. Ergo sic injuria est omne dictum factumve ad contemptum, infamiam, aut dolorem alterius directum.

Contemnendo] Contumelia à contemptu, Seneca quoque auctore, dicta est: quia nemo nisi quem contemplit, tali injuria notat.

Alias culpa, sicut in lege Aquilia] Lex Aquilia injuria verbo vel maxime dolum malum intelligit: ceterum eodem verbo & culpam comprehendit, atque id quoque, quod per imprudenciam aut imprudenciam factum est, injuria factum existimat. Quod Aristoteles non δίκαιος, sed ἀνομοσύνος appellaret: & ita foret legendum: quia id nomen locum habet etiam ubi dolus absit. Atque haec est secunda injuria species.

Non jure contra quem pronuntiat] Tertio circa judicia injuriam pro iniquitate accipimus. Nam si iudex inique sententiam dixerit, eum, qui sententia laesus, injuriam passum esse dicimus. Quamquam autem litigatorum injuria fieri dicitur non tantum cum iudex dolo malo aut largitione corruptus perperam pronuntiat, sed etiam cum per errorem aut imprudenciam, l. si per. §. 1. de evict. effectu tamen juris inter haec facta multum interest: & alterum verè maleficium est, alterum propriè non est, sed quasi maleficium, quoniam utique: de quo vide pr. tit. seq. Illud hanc loco contrarium non est, quod apud Paulum in l. pan. de just. & jur. legitimus, praetorem quoque jus reddere, cum inique decerneret. Nam, ut ipse illud explicat, dicitur hoc relatione facta, non ad id, quod praetor fecit, sed ad illud, quod praetorem facere convenit: sive nomine relato ad id, quod videtur, non quod est; sed, ut praetor fecit, non ad id, quod